

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**De deo uno, et trino - Cod. Ettenheim-Münster 202**

**Bach, J.**

**[S.l.], 1636**

Capvt I

[urn:nbn:de:bsz:31-118088](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-118088)

# DISPUTATION

106.

## De Praedestinatione.

Multa et difficultates pertinentes ad Praedestinationem, sed cum  
oēs examinari non possint, nos praecipuas et graviores in hac dis-  
putatione, sicut fecimus in superioribus, discutiemus.

### CAPIT. I.

#### Quid sit Praedestinatio?

Pro intelligentia propositae difficultatis advertendum est nomen pre-  
destinatiois esse ex duobus compositum, nempe ex destinatioe et parti-  
cula pra. destinare hic sumitur prout est idem atq. dirigere  
in aliquem finem, unde S. Thomas q. 23. art. 1. docet des-  
tinare: huc sumi sicut sumitur cum dicitur cum qui iacu-  
latur, destinare sagittam ad scopum, huiusmodi est <sup>pro</sup> loquendi  
significatio sagittam ad illo dirigi ad scopum sive in illi scopum.  
particula vero, pra, significat antecessorem et  
praexistentiam, ita ut praedestinatio non sit quaelibet directio sed  
illa quae habet aliquam antecessorem. siquidem directio est des-  
tinatio in aliquem finem et considerari debet, nimirum  
prout est in seipsum in actu exercito, et prout est in eo qui in  
finem destinatur aut dirigit, quae ratio directio habet aliquam an-  
tecessorem respectu finis quem respicit directio, hinc a. quae  
directio et destinatio non sumitur priori modo sed posteriori, atq. ita  
praedestinatio distinguitur a glorificatione, iustificacione, vocacione,  
et reliquis rebus quae ut quae hinc in actu exercito dirigitur in  
vitam aeternam, ut condat ex Rom. 8. quos praedestinavit hos  
et vocavit, quos vocavit, hos et iustificavit, quos a. iustificavit  
illos et glorificavit, ex his a. colligi potest nomen praedestinatiois  
proprie dicitur <sup>hinc</sup> vocis usus in scholis esse frequentissimus et  
a verbis illi S. Pauli quos praedestinavit traxit originem, non  
significat directionem in quemlibet finem, sed in ultimum  
finem

finem beatitudinis supernae, ut patet ex illo progressu. I. Pauli  
cuius initium est praedestinari finis a. glorificari, & ideo sola  
creatura rationalis, cum ipse solus sint capaces orationis Dei & beati-  
tudinis, praedestinari possunt.

Adverendum est a. per illam partem pro non solum  
significari quod praedestinetur inchoat prioritatem & antecessio-  
nem causa, quatenus praedestinat, quae est actus Dei, & causa non  
salutis, sed etiam antecessionem & prioritatem duratio, & qui-  
dein iuxta mentem scripturae & S. P. C. quod videlicet praedesti-  
natio fuit ab aeterno, ea vero quae ab aeterno praedestinata sunt, in  
tempore mandantur executioni, & ideo Gregorius in illa verba  
capitis primi ad Rom. praedestinatus est sic ait: destinatus est,  
ille qui est, praedestinatus vero qui nondum est, sicut dicit Augustus  
quos a. praeservit illos & praedestinavit. his promissis.

Sciendum est praedestinatō est praeservatio & propa-  
ratio beneficiorum Dei quibus certissime liberantur quatenus  
liberantur. hanc praedestinatōis definitionem tradidit Augustus  
lib. de bono perseverantiae cap. 19. cuius Doctoris tanta est  
auctoritas in istis quae ad Dei gratiam eius praedestinatōem perti-  
nent ut non alia tenenda sit veritas quam quae fuerit ex mente  
Augustini, quod veritas satis manifeste docent Summi Pontifices  
Celestinus & Hormisdas in suis epistolis Pontificalibus de totam  
Catholice. Eandem praedestinatōis definitionem recipiunt Ful-  
gentius lib. 2. ad Monimum cap. 1. Anselmus in commentatio  
illius loci ad Rom. 8. quos praeservavit & praedestinavit, Magister  
lib. 1. sententiarum dist. 40. S. Thomas 1. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.  
& alii scholastici conuictor, atque ea his patet unam propositionem non  
invenire alia probare.

Explicatur in ea illa verba praeservatio & pro-  
pago beneficiorum Dei assignatur veluti genus, quod illud totum  
est quod colligitur ad praedestinatōis est. quibus conferuntur  
aliqua gratia beneficia hinc inefficacia ad salutem. nullus  
vero verbis quibus certissime liberantur quatenus liberantur con-  
tinetur vel explicatur quasi propria praedestinatōis differentia,  
quidem per eadem verba significatur decretum dandi creaturae  
rationali gratia auxiliium non quod habet sed efficax sive infallibili-  
ter conducenti ad beatitudinem supernam, quod etiam decretum  
iuxta mentem scholasticorum tenent in ipso contextu pre-  
destinatōis includitur, quare si quis praedestinatōem de finit  
est Dei ordinationem qua creaturae illiberales per media congrua  
efficaciter

efficaciter diriguntur ad finem signatus beatitudinis 107.  
Hinc illam definimus huiusmodi definitio  
regra consideret cum illa quam tradit August. Nec obstat  
quod in hac posteriori definitione non exprimantur nec subin-  
quantur actus illius & actus voluntatis Dei quos melius  
precedendo, siquidem per illum terminum ordinando, uterque  
ille actus sufficienter comprehenditur, nam cum ordinare  
res ad finem pertineat ad providentiam ut recte notat S.  
Thomas 1<sup>a</sup> parte q. 23. art. 5. e. providentia dicit non  
solum actum illius sive cognitionem mentem conducentem  
ad finem, sed etiam actum voluntatis qui e. propositum dandi  
huiusmodi media ad consequendum finem, procedendo que  
e. quaedam pars subiectiva providentia vel eius generis, ut docet  
Thomas hinc, dicitur e. Dei ordinatio e. sufficienter  
comprehenditur illi duo actus nempe illius & voluntatis di-  
vinae quamvis per eandem vocem ordinatio Dei potius ratio  
coram illationis & decreti divini prout constituitur divinam  
ordinacionem in coram, per sequentia vero verba ultima differen-  
tia predestinationis constitutiva significatur.

Adendum e. a. quod licet predestinatio sit pars  
subiectiva vel generis providentia, ita tamen a providentia dif-  
fert quod ea de se vel in coram non dicit infallibilem consecutionem finem  
particularis cuiusque creatoris in quem ipsa a providentia  
dirigitur, siquidem agentia naturalia a divina providentia  
diriguntur in suos fines particulares, nec tamen eos semper conse-  
quuntur, contra vero predestinatio e. directio in finem beati-  
tudinis infallibiliter consequendum, ut colligitur ex loco S. Pauli  
allegato, ubi docet eos fuisse a Deo glorificatos qui fuerunt  
predestinati, e. ex definitione predestinationis supra allegata  
per S. August. predestinatio e. prescientia & preparatio beneficiorum  
Dei quibus certissime liberantur quibus liberantur. Ad hoc  
etiam, alios rationem predestinationis reponere in solo actu illius  
prescientie divini illius. Alios in solo actu voluntatis vel  
proposito dandi media e. e. sed neutrum placet e. considerari  
facile erit utrumque ex supradictis recipere.

Caput II.